



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XVII. An Papa sit ille iudex?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

A T. Aliud non sunt Traditiones illi consentaneæ. Et ibi *ratio* significat *Contra*, sic Patres, vti Rom. vlt. *prater doctrinam*. Sic Erasmus.

10. Deut. 17. dicuntur **I V X T A L E G E M** docentes audiendi; non extra, vel *prater eam*: Et ibidem solum de politicis agitur.

A T. & Iuristæ *juxta Legem* decidunt, quando casum in Lege non expressum definiunt. *Iuxta* enim denotat *Consentaneum quod Legi, non Dissentaneum*. Et ibi est mentio de omnibus causis: nam generaliter dicitur, *Inter causam & non causam*.

Quid quod Traditio sit Lex in cordibus scripsit? Quod Deut. 4. 5. 12. dicta, non sunt ad scripta lolum præcepta restringenda? quia Deus ait, *Nil addes ad ea que Dixi, non que Scripti*. Non dicitur, Hoc tantum fac quod scribo; sed *quod præcipio tibi*. *Omnis itaque scripta doctrina est utilis*, 2. Tim. 3. ut perfectus sis homo: Sed non sola est Sufficiens. Non igitur sola Scriptura omnium esse controversiarum Iudex sufficiens potest.

Q V A E S T I O . XVII.

*Iudex Summus & in terris ultimus
controversiarum per Ecclesiam
an Papa?*

LUTHERANI & CALVINIANI quæ lessant, quæstio præcedens aperuit: & patet in Lutherocalv. p. 1. q. 4.

SVASORIAS eorum instantias nostris probationibus hic subiiciam. Alias repete cœp. 1. q. 4.

A V T O R. Scripturam per se solam esse omnium Contr. Judicem Non posse, sic D. O. C. E. O. I. In omni Rep. bene exaudiata Iudex est necessarius præter

Legem Scriptam: Sed Ecclesia est non minus benè ordinata, quam villa sit Politia. Ergo. Iudex verò est ideo necessarius, qui litem cognoscat; Legem explicans declarat sententiā latā; contemtores sententiæ compellat. At hæc Scriptura per se non potest; quia non audit per se.

1. D I C V N T. Audit Deus per Ministros, compellit per pium Magistratum. Ministerium est custos tabulæ, informans interpretando; non dominans conscientiis prætori pronunciando: Nec habens absolutam, sed restrictam ad Verbum Scriptum, potestatem interpretandi: Et quam diu sequitur illud, tam diu est infallibilis interpretatio.

A V T O R. Ecce; Ergo Scriptura per se non esse potest iudex; sed opus habet Ministerio interpretis. Athuc non omni controversia Scripturam aliam Scriptura suppeditat; immo de aliquibus controversiis nulla visquam est Scriptura: ut infra patet. Quin & inter ipsos interpretes quandoque cooritur controversia: quis definiet? Non Deus, quia inuisibilis: Non Scriptura; quia veldubia est interpretibus, vel nulla suppetit: Non Minister; quia dissentientia sensu. Ergo alio opus Iudice infallibili, visibili, audibili. Vbi autem Iudex est fallibilis, ibi potest populus errare, errante iudice. Immo debet errare: quia in redubia tenetur populus, deposito dubio, si qui Magistratum: cetero qui foret iudex nisi Magistratus, & supra hunc quod absurdum.

2. D I C V N T. Non tenetur populus sequi Magistratum: quia hic non respondebit pro eo.

A V T O R. At, obedite præpositis vestris, H. b. 13. & subiacet eis: ipsi nim pernizi-
lak.



lunt pro nobis tanquam rationem reddite uiri.
Neque populus peccat, sequens in dubio Magistratum; secus, si in re expresa
mala. Quia de illis habet mandatum
parendi, etiam discolis: Et de his prae-
ceptum plus obediendi DEO; quam
hominibus.

H. PROBATIO. Nec solùm Scriptum Verbum, nec ipse Sp. Sanctus, ut
in eo loquitur, esse potest Iudex supremus. Nam huius est ita euidenter pro-
nunciare sententiam ut victo, viatoriq;
confer. Athoc Biblia præstare neque-
unt.

1. Dicunt: Pronunciant euidenter,
licet contumax non agnoscat. Ideo cœptū
iam iudicium consummabitur in altero seculo,
vbi & contumax agnoscer. Nam & Iudei contra Christum ipsum contumaces e-
tant.

AUTOR. AT 1. Sic nulla posset
hic finiri controversia. 2. Iudei scie-
bant se esse condemnatos ex parte Chri-
sti iudicis.

2. Dicunt: Christus apud Iudeos su-
stinxit officium partis, non iudicis.

AT, falsum hoc.

III. PROB. Index debet posse di-
rimere omnes lites religionis: at Scrip-
tura sola non potest omnes. 1. Ne-
quit definire, quo die pascha celebrandum:
& de eo est articulus fidei, definitus à S. Victore, cum anatematizatio-
ne Quartodecimanorum, ut hereticorum:
esse quie cœpit creditu necessarium
ac obseruat, quod antè fuit liberum ex
sola Traditione.

1. Dicunt: Non licuit Vicario libe-
ram ceremoniam definire sub precepto, ob
Coloss. 2. Nemo vos inducit in parte diei
festi.

AT, ibi agitur de festis Hebraeorum.

Quarto: An necessarium in Ecclesia
seruare Traditionem de Pascha?

2. Dicunt, Esse; non fidei ratione,
sed Dispositionis Ecclesiastice, quam con-
uellere non fas.

AT: Sic constat aliquid seruandum
esse dogma, quod non est in Scriptura.

2. Euangelium Matthæi esse Matthæi est
articulus fidei; ut, qui negaret, esset her-
eticus. Sed huius dogmatis iudex non
est Scriptura sola: Sicut nec illius: An sit
Quintum Euangelium.

3. Dicunt: Istius Ecclesia fuit iudex,
iam testis est; hoc non agnoscat.

AT, remota Ecclesiæ Autoritate do-
ceri è sola scriptura nequit: ergo Ecclesia
est iudex. Hinc omnes heretici prouo-
carunt semper ad Scripturam: nullus
autem ad eum prouocat iudicem, à
quo scit euidenter se condemnari: er-
go Scriptura non sufficienter iudicat. Ut
Pharisei prouocantes ad Moysen, à Chri-
sto eos condemnari opuserat.

IV. PROB. 2. Thess. 2. State & te-
nete TRADITIONES; quæ sunt præ-
cepta ad fidem pertinentia: neque in
Scriptura aperte, neque ex ea euidenter
deducuntur, exclusa Ecclesiæ Autorita-
te. Sit unclicebat non obstantibus Scrip-
turus, ad Traditionem remittere obli-
gatos illi; ergo & nunc licet. Ibidem
tempus Antichristi patefecit credendū,
quod nusquam in scriptura erat: Mo-
net ne mouentur à sensu Apostolico
neque per Scripturam, neque per Traditionem:
ecce diuersa duo:

4. Dicunt: Rés de aduentu Antichri-
sti est de fide; non circumstantia temporis.
Hæc tamen est tuæ ab Apostolo designata,
iam vero ex parte sicut Rés ab Dan obliqua è

V. 3. p. 2



prædicta est, nunc vero resignata, facto ipso:
ideo credi debet.

A T, iam expletam esse, iamque refi-
gnatam non est in Scriptura: ergo ali-
quod dogma credendum, quod non
est in Scriptura, nec evidenter inde de-
duci potest: Ergo nec ea est unica nor-
ma sibi Iudex. Idem est de baptizandis
Parvulis: credendum est, nec tamen eui-
denter ex Scripturis deduci potest: Imò
contrarium, scilicet baptizandos solum
qui possunt Doceri. Sique analogia
Circumisionis sit standum, tunc octau-
uo die baptismus dandus esset masculis,
foemellis nullus. Idem est de non re-
baptizandis haereticis. Nam Augusti-
nus non potuit id probare contra S. Cy-
prianum, reposita Ecclesiæ autoritate.
Hac stante lites Ecclesiasticas omnes fi-
niuit Ecclesia, & damnauit haereticos,
vt sciretur esse damnatos: quod per so-
lam Scripturam præstari nequivuit.

Q V A E S T I O X V I I I .

*An Iudex omnium Absolutus sit
Ecclesia?*

LUTHERO-CALVINIANI iudicium o-
mne tribuunt soli Verbo Dei scripto.
Calvinus *Instit. lib. 4. c. 8. §. 2.* Idque doce-
re nituntur ex Legi, Prophetis, Apostolis,
aeratione. Volunt autem Ecclesiam ad stri-
ctam Scripturæ iudicare, & Deum ipsum
per hanc.

A V T O R. At Ecclesia non ad Scri-
pturam limitatus solum index est; sed
absolutus. I. Quia Ecclesiæ iudicio
standum est absolutè: Cæteroquin
nulla unquam terminaretur controuer-
sia: quod absurdum. Relinqueretur eni-
m, post Iudicis sententiam, iudicium
partibus.

D I C U N T. Harum lis manet tunc ad iu-
dicium Extremum; nunc tamen ex parte
Rei, & Scripturæ, finita est. Neque enim
absurdum est, lites durare inter Christum &
dæmonem ad usque finem mundi.

A T, interim pars neutra cognoscit
se esse iudicatam à Scriptura; perstatque
lis indeterminata & indiremita; Nec au-
ditur Ecclesia, dum de Scripturæ mente
discepitur: quod absurdum. Lis Chri-
sti & Satanæ est à Christo dijudicata;
scitque Satan.

2. Ab Ecclesia, ut absoluto Iudice se-
tur sententia absoluta & clara, id est, vbi-
ma. Sic omnes haereses ac haereticis iudi-
cati sunt & damnati, ut postlatam senten-
tiam alia nec data sit, nec expectata. Quia
pronunciat Ecclesia ex officio & auton-
mate absolutè. Hinc sententia eius illa
executioni mandatae fuerunt, ut si
timæ, nulla disceptatione remanente V.
g. Patres iuxta Scripturam damnarunt
Arianum; non Scriptura; Huius enim sen-
tentiam Ariani non clare intellexerunt
alioquin non defecissent à fide. Pluta
supra part. 1. q. 4. M. hi tamen hic subi-
cienda videntur quædam

S V M M A R I A D E I V.
D I C E D E C I S I O.

CVM IUDEX sit, qui inter partes sen-
tentiam; NORMA vero, secun-
dum quam ea fertur: Index Controuer-
siarum, est Ecclesia; eius Norma, est Sci-
ptura simul & Traditio: Secundum his
fertur sententia bisatiam; Vel per Ponti-
ficem, Vel per Concilia à Pontifice ap-
probata: Et fertur *Infallibiliter*.

D O C E T V R. I. EX OFFICIO I^U
dicis

